

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 7 (1913)

Artikel: Ein bischöflicher Visitationsbericht vom Jahre 1509

Autor: Büchi, A.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-120279>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 23.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Ein bischöflicher Visitationsbericht vom Jahre 1509.

Von A. Büchi.

Bei meinen Forschungen zur Biographie des Kardinals Matthäus Schiner, Bischof von Sitten (1499-1522), stieß ich im Archive der zum Großen St. Bernhard gehörenden Pfarrei Liddes im Entremont-Tale auf einen Bericht über eine von ihm vorgenommene Visitation dieser an der Straße zum Großen St. Bernhard gelegenen Pfarrei vom 28. Januar 1509. Es ist der einzige mir bekannte von Schiner herrührende Visitationsbericht und einer der wenigen, die uns aus der vorreformatorischen Zeit aus der Schweiz überhaupt erhalten sind. Wir erfahren aus dem Aktenstück, daß der Bischof mit zahlreichem Gefolge von Geistlichen und Laien, zu Pferde und zu Fuß, in Liddes seinen Einzug hielt, von Pfarrer und Volk in Prozession abgeholt und zur Kirche geleitet wurde. Dort weihte er zunächst den vergrößerten Friedhof neu ein, spendete dann die heilige Firmung und schritt zuletzt zur eigentlichen Kirchenvisitation, deren Ergebnis in diesem Aktenstück in allen Einzelheiten niedergelegt ist. Da dieser Bericht bisher weder publiziert noch überhaupt bekannt war, erachte ich es für angezeigt, ihn den Lesern der Zeitschrift für Schweizerische Kirchengeschichte durch unverkürzte Wiedergabe zur Kenntnis zu bringen. Es ist ein wertvolles Aktenstück nicht bloß zur Würdigung der kirchlichen Tätigkeit Schiners, sondern auch ein Denkmal der Kirchen- und Kulturgeschichte aus vorreformatorischer Zeit.

Für gütige Überlassung des Dokumentes zur Einsichtnahme und Kopie schulde ich dem hochwürdigsten Propste vom Großen St. Bernhard Mgr. Théophile Bourgeois, dem dortigen Archivar hochw. Chorherrn A. Pellouchoud sowie dem hochw. Herrn Pfarrer von Liddes, Chorherrn L. Douay meinen aufrichtigsten Dank.

* * *

Pfarrarchiv Liddes, ohne Signatur. Visitatio Ecclesie Liddarum.

1509 Jan. 28.

**Visitatio ecclesie Liddarum facta per Rev^m Episcopum Sedunensem
d. d. Mattheum Schiner postea cardinalem et praepositum
commendatarium Montis Jovis 1511 und 1515.**

(inveni inter scripta Georgii Challand olim Lydd. ministralis).

In nomine domini nostri Jesu Christi, Amen. Cunctis, quibus expedit, modernis et futuris hunc libellum legentibus ac ejus tenorem legi audientibus pateat et sit manifestum, quod anno ejusdem domini 1509 et die 28. mensis Januarii R^{mus} in Christo pater et dominus noster d. Mattheus Schiner de Aragno, divina etc. et apostolice sedis gratia episcopus Sedunensis, prefectus et comes Vallesii, visitacionis actum adimplendo, quem ex pastorali suo officio exequi, prout necesse fuit, salubriter decrevit, nobili et legali sua comitiva venerabilium eg^{reg}iorum aliorumque discretorum virorum d. Johannis Asper¹ sacriste et Adriani Cheriedmattomaton² (!) canonicorum Sedunensium, Michaelis Rogandi, Petri Enchen³ capellano^m ipsius R^{mi} domini nostri Sedunensis episcopi cum quatuor clericis canthoribus necnon Nycolay Clavoz, ballivi terre Vallesii, Bartholomei Lupi, magistri hospicii, Johannis Grebil de Herzogenbalden creditarii, Anthoni Wistiners cubicularii camerarii, Johannis Ambert barbitonsoris ipsius R^{mi} domini nostri Sedunensis episcopi aliorumque honestorum famulorum ipsius R^{mi} domini commendatissimi principis equitantium et pedissequorum quater (?) concipatus apud Liddes applicuit, ubi per honorabilem virum d. Johannem Ballerum c. r. curatum de Liddes cum reliquiis, honore et reverentia consuetis concomitantium utriusque sexus hominum magna cohorte susceptus (!) est, solemnique officio peracto in ipsa ecclesia parochiali, cuius est patronus S. Georgius, et ampliato cimiterio consecratoque reconciliato per eundem R^m d. nostrum Sedunensem episcopum inde coram adductis potentibus venerabile sacramentum sacri crismatis juxta canonicas sanctiones more consueto ministravit et inde ad actum visitationis procedens, quos reperit notabiles defectus ecclesie ac hominum ejusdem parochialis ecclesie errores reparari ac emendari, quemadmodum inferius seriatim describitur, sub pena excommunicationis et aliis signodalibus (!) penis infra expressis injunxit :

¹ Joh. Asper, Domherr zu Sitten 1488-1519 und Generalvikar Schiners, vergl. Blätter aus der Walliser Gesch. I, 292.

² Gemeint ist offenbar Adrian de Riedmatten, der seit 1514 als Domherr und Großsakristan des Kapitels von Sitten belegt ist, der nachmalige Bischof von Sitten (1529-48).

³ Peter Empchen aus Zermatt, vergl. Blätter aus der Walliser Gesch. II, 69.

Et primo, quod curatus faciat serare reliquiarium, in quo servatur sacramentum, et quod fiat de argento hinc ad tres menses, sub pena trium librarum.

Item quod fieri faciant unum coiliar de argento ad ministrandum infirmes hinc ad festum Pasche proxime futurum, sub pena 3 librarum.

Item unam bursam de serico ad portandum sacramentum ad infirmos hinc ad tres menses, sub pena 3 librarum.

Item quod faciant fieri duo candelabra de auricarco hinc ad proxime futurum festum Pasche, sub pena et banno 3 librarum.

Item unam stolam de serico fieri faciant hinc ad Pasca, sub pena 3 libr.

Item unum manipulum de serico hinc ad Pasca, sub pena 3 libr.

Item quod provideant sibi ipsis de uno cadere pro batisterio (!) infra tres menses, sub pena et banno 3 librarum.

Item quod juxta batisterium faciant inferius unum foramen seu pichinam ad ponandam (!) aquam, quando mondatur batisterium, infra tres menses, sub pena 3 librar.

Item quod sibi ipsis prevideant de uno honesto coopertorio pro magno altari hinc ad Pasca, sub pena 3 libr.

Item quod fieri faciant unam ymaginam (!) de beata virgine Maria ad ponandum supra magnum altare hinc ad Pasca, sub pena 3 librar.

Item unum cupertorium (!) hinc ad Pasca pro magno altari, sub pena 3 librarum.

Item quod claudant seu claudere faciant cimiterium dicte ecclesie muro, ut animalia non possint dictum cimiterium intrare, infra tres annos, sub pena 25 librar.

Item quod misse, que sunt fondate dicende diebus dominicis, dempta missa parochiali et una alia dicenda tempore predicationis, dici debeant diebus Jovis.

Item quod fieri faciant tabulare ipsius ecclesie superius hinc ad quatuor annos, sub banno signodali.

Item etiam quod fieri faciant sollanum inferius dicte ecclesie infra quatuor annos, sub banno signodali.

Item quod faciant dearbare (!) muros dicte ecclesie infra sex annos, sub banno signodali.

Item quod fieri faciant unam custodiam de argento ad tenendum et servandum sanctum sacramentum infra quinque (?) annos, sub banno signodali.

Item unum missale in pergamento pro magno altari infra decem annos, sub signodali banno.

Item quod curatus remaneat in bonis communibus sicuti sui predecessores.

Item quod nulle quevis persone stare debeant diebus dominicis et festivis super cimiterio tempore divini officii, sub pena ducrum grossorum fabrice ecclesie applicandorum pro qualibet vice. Et si quevis persona contraveniet et rebellionem comittat, incurrat bannum 3 librarum phisco nostro applicandarum.

Item quod nulla quevis persona, cujuscunque gradus sit, jurare non

debet neque blasphemare deum nec beatam virginem Mariam, sub pena
2 grossorum fabricie ecclesie applicandorum. Et si quevis persona contra-
veniat et dare et solvere recusaverit dictos 2 grossos pro qualibet blasfemia,
incurret banum 3 librarum phisco nostro applicandarum.

Item quod pro existentibus diebus dominicis et festivis supra cimite-
rium et blasphemantibus deum et beatam virginem Mariam sint deputati
et electi, videlicet discretus vir Johannes Alexi Notz (?) Johannes Suaso-
nem, Anthonius Chalandi et Huldricus Massardi, qui mediis eorum jura-
mentis in manibus R^m d. nostri Sedunensis episcopi prestitis promiserunt
de accusando eosdem blasphematores et existentes supra cimiterium diebus
ut supra expressis.

Item quod curatus omnibus diebus dominicis et festivis predicare debeat
suis parrochianis.

Itein quod ipse curatus aut ejus vicarius debeat dicere omnibus [diebus]
dominicis suis parrochianis videlicet fidem catholicam in Romano seu verbis
Gallicis.¹

Item quod, si casus contingeret aliquod corpus sepeliri diebus dominicis
de mane, quod illud sepieliatur ante missam parochialem

Item quod diebus dominicis nulla fiat processio mortuorum.

Item quod omnibus diebus Luvie fiat processio mortuorum per supra
cimiterium et quod in quolibet angulo cimiterii dicatur unum responsorium
mortuorum.

Post hec prelibatus R^m d. Sedunensis episcopus instituit supra nomi-
natos : Johannem Alexi Notz, Johannem Suasionem, Anthonium Chalandi
et Huldricum Massardi eisque juramentum prestitis, quod diebus festivis
dominicis et solempnibus, dum divinus sermo vel missa peraguntur in
ecclesia, existentes in cimiterio vel ibidem penes pignorare vel anotare
debeant ab illisque, id est singulo eorum, exigere pro qualibet vice duos
grossos pro pena applicanda ad fabricam ipsius ecclesie de Liddes, et rebelles
quod contravenientes eos anotare debeant et eorum nomina et cognomina
anotari faciant in scriptis poni ad causam dictae pene et nostro phisco et
procuratori exhiberi, qui exinde tres libras marcarum pro pena petere debet,
quam talibus rebellibus volumus esse impositam.

Item penarum exactoribus et pignroratoribus in vim juramentorum
suorum in manibus ipsius R^m d. nostri prestitorum simili forma observata :
quoscunque enormiter deum jurantes omnipotentem, passionem ejus aut
beatissimam virginem Mariam quecunque modo, blasphemam et juramenta
crudelia per sanguinem Christi, per vulnera. per angustias aut aliquid mem-
brum ejus seu quomodolibet enormiter, censimilem penam 2 grossorum a
quolibet eorum et pro qualibet vice exigant et recuperent ac ad fabricam
ecclesie convertant. Rebellium vero et inobedientium nomina et cognomina
in scriptis redacta nostro procuratori phiscalis transmittere, cicias quam
poterunt, procurent per exactionem 3 librarum marcarum (?) in pena corri-
gendorum.

¹ Liddes ist eine französische Gemeinde und war es auch damals.

Preterea circa eundem premissum casum seu statutum idem R^{mus} d. episcopus publico edito (!) instituit ac precepit sub pena juramenti, quod quicunque audiet aliquem ita enormiter, ut predicitur, jurare aut blasphemare, illud revelare et manifestare debeat dictis exactoribus aut alicui corundem, in quo casu nec pater filio nec frater fratri, nec e converso, ymo quisque alium ita enormiter jarantem accusare et non parcere debeat, quo magis illa prava et inutilia peccata deleantur et in dissuetudinem et abolitionem redigantur.

Ulterius quoque ipse R^{mus} Sedunensis episcopus defendit et inhibuit ac hoc publico edito (!) prohibet sub pena jam dicta 2 grossorum pro quolibet transgressor et pro qualibet vice incurrente et pariter ad fabricam ecclesie applicanda et recuperanda per exactores prescriptos videlicet universis et singulis tabernariis et hospitibus, ne ab inceps diebus festivis, dominicis aut solempnibus aliis panem, vinum vel pastus vendant aut tribuant cuiquam ante complementum divini officii demptis in hoc casu advenis et infirmis.

Item ipse R^{mus} d. noster Sedunensis episcopus in ipsa parochiali ecclesia de Liddes cosdem parochianos ore suo proprio ortavit et monuit, ut ipsi parochiani mediante confessione et penitencia, qui saltim adulte sunt etatis debite, se disponerent ac ad perceptionem confirmationis et sacramenti sacri crismatis, qui prius eo confirmati non fuerunt. Igitur defendit et inhibuit curato sive vicario sub pena inobedientie et excommunicationis, quod nullum hujusmodi parochianorum, qui ita confirmari seu crismari spreverunt adulti etatis 14 annorum et ultra legitima causa non impediti, divino sacramento communicare aut ecclesiastice sepulture tradi non permittant nisi desuper vero penituerint in articulo mertis, et ec non minus ipse curatus sive vicarius talium aspernatorum nomina et cognomina in scriptis redigere et phisco patriotarum presentare debeat.

Item statutum est per R^m d. nostrum Sedunensem episcopum, quod si qui vero sint, qui se pro consuetudine aut rebellione abstrahant ab audience verbi dei et officiorum in premissis diebus et festivis terna aut quaterna vice non resistant (!), volt prelibatus R^{mus} d. episcopus Sedunensis illis sacra communio denegetur et mortui ecclesiastica sepultura priventur, nisi eos vere penitus constiterit, ac similis observatio serviat eis, qui dies dominicos et alia sacra festa juxta ecclesiastica precepta non observant.

Item ordinatum est superiori die (?) fieri informationem reddituum confratric S. Spiritus, videlicet quid et quantum solvere confratric S. Spiritus, quomodo et aliter (?) peragunt et distribuunt, et quibus, quantum in b!ado, vino, caseo, cornibus consumant et quomodo exigunt etc.

Item presbiteris, ut singulis diebus Lune processionaliter circuant (!) per cimiterium ecclesie cum cruce et aqua benedicta orando septem psalmos cum versiculis seu responsoriis pro defunctis per quatuor stationes solempnibus festivitatibus ab eadem injunctione exceptis, si et dum diebus Lune concurrent, in crastinum.

Quia jure canonico institutoque ecclesiastico cautum est, ne in celebrazione missarum solempnium Invoca (?) vel alia, quibus cantus angelicus «Gloria in excelsis deo » dicitur, nullum funus videlicet corpus mortuum infra eccl-

siam permittatur vel constitutum sit, igitur prelibatus R^{mmis} d. noster Sedunensis episcopus hoc canonicum institutum firmiter cum effectu ab omnibus servari precepit, quod si funus videlicet corpus mortuum affuerit, tunc sepulture tradatur ante officium et missam cum Gloria dicendis et inde officium et missa cum Gloria etc. sua solempnitate peragantur.

Item deflendit sub pena inobedientie, ne diebus solempnibus duplicibus dominicis sive festivis anniversaria instituantur celebrari, cum omnia suo modo celebri debent sc. extra illos quinque plerumque presbiteri et sacerdotes cum suis parochialibus sua solemnia et festivitates peragere debeant, quathenus et lucri causa suis ecclesiis et parochianis relictis ad alias currunt, quod institutum sub debita discriptione observari precipit.

Item ordinavit R^{mmis} sibi debere solvi pro quolibet foco unum denarium, ad quid obligatur causa ejusdem die visitationis, eidem R^{mo} debere solvi per quemlibet secum ejusdem parochie.

Item statutum et ordinatum quod inhibitum, quod nulla quevis persona roget neque rogare presumat processiones quibusvis diebus dominicis nisi maxime evidenti necessitate et urgente, et hoc sub banno signodali.

Inhibetur quoque curato et vicario sub pena inobedientie, ne hominibus dies dominicos et alios festivos presertim solempnes etc. non festinantes, si quarto (!) monitioni non responderint (?), ecclesiastica sacramenta ministrent, nisi vere penituerint aut in articulo mortis constituti forent tales.

Datum die, loco et anno presentibus quibus supra

Subscripta : Made (?) notarius.

(Orig. Heft von 18 beschriebenen Seiten, gleichzeitig. Die Aufschrift auf dem Umschlag ist von späterer Hand, die gleiche, die am Rande des Textes Inhaltsangaben hinzugefügt hat. Der Bericht wurde jedenfalls unmittelbar im Anschluß an die Visitation abgefaßt.)

